

148
FRANCISCVS FOSCARVS
DUX LXIV.

Electus Anno 1423. obiit 9. Octob. Anno 1457.

ELOGIVM VETVSTVM.

*Post mare perdomitum, post urbes Marte subactas
Florentem patriam longævus pace reliqui.*

LXV.



Nter ambitus & prænsationes Marini Caravelli,
Petri Laurèdani, Franc. Barbari, Fantini Michaelis,
Albani Baduarii, & Iacobi Trivisani, qui Annorum
pondere, & meritorum virtute, jure sibi debitam
asserebant chlamidem, Franciscum Foscarum flo-
renti adhuc ætate, & qui omnia Fortunæ incremen-
ta suæ debebat virtuti, ad thronum Astra vocarunt ab augure in
Ægypto, Francisci genitori prædictum, eà populi gratulatione, ut
hastrarum certamina, aurigationes, variisque generis spectacula,
per Annum integrum, in singulos dies festos fuerint instaurata.
Tullius iste Venetus non orationis lasciviâ, quæ publicæ est argu-
mentum luxuriæ, sed virili fortique sermone, producere cum af-
sumpsisset terrestres Reipublicæ terminos, juvenis adhuc Quadra-
ginta